










# Gospel for the Dedication of St. Michael the Archangel


Tonus antíquior

**D**  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti  
 Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**  -n illo témpore: Accessérunt discípu-li ad Jesum, dicéntes: Quis,  
 putas, major est in regno cælórum? Et ádvocans Jesus párvulum, státu-it  
 e-um in médi-o e-órum, et dixit: Amen dico vobis, ni-si convérsi fu-é-  
 ri-tis, et effi-ci-ámini sicut párvu-li, non intrábi-tis in regnum cæló-rum.  
 Quicúmque ergo humi-li-áverit se sicut párvulus iste, hic est major in  
 regno cæló-rum. Et qui suscéperit unum párvulum ta-lem in nómine  
 me-o, me súscipit. Qui autem scanda-lizáverit unum de pusíllis istis, qui




in me credunt, expedit e-i, ut suspendatur mola asinári-a in collo ejus,




et demergatur in profúndum ma-ris. Væ mundo a scánda-lis. Necesse




est enim ut véni-ant scánda-la: verúmtamen væ hómini illi, per quem




scándalum ve-nit. Si autem manus tu-a, vel pes tu-us scanda-lízat te,




abscíde e-um, et pró-ice abs te: bonum tibi est ad vi-tam íngredi débi-




lem, vel claudum, quam du-as manus, vel du-os pedes habéntem mitti in




ignem ætérnum. Et si óculus tu-us scanda-lízat te, éru-e e-um, et pró-



ice abs te: bonum tibi est cum uno óculo in vi-tam intráre, quam du-os



óculos habéntem mitti in gehénnam ignis. Vidéte ne contemná-tis unum



ex his pusíllis: dico enim vobis, qui-a Ange-li e-órum in cælis semper



vident fáci-em Patris me-i, qui in cælis est.